



وَلِلَّهِ الْحَمْدُ
لِلَّهِ الْكَبِيرِ
لِلَّهِ الْعَزِيزِ

obtulit L. Stephā
nus Illies &
Cum a summa sc.

H 21.

M E T E M P S Y C H O S I S ,
SIVE FABULOSA
TRANSMIGRATIO ANIMÆ
FL. P U L C H E R I A Æ
ORIENTIS IMPERATRICIS:
IN AUGUSTISSIMAM
OCCIDENTIS IMPERATRICEM
M A R I A M
T H E R E S I A M
POTENTISSIMAM REGNI
HUNGARIÆ &c. REGINAM.
HONORI


Illusterrimorum, Spectabiliū, Per-
illustrium, Reverendorum, Prænobilium,
Nobilium, ac Eruditörū Dominorum Dominorum
NEO - BACCALAUREORUM
Cùm in Alma, ac Regio-Principali
Academia Claudiopolitana S. J. Primā AA.
LL. & Philosophiæ Laurea insignirentur,
P R O M O T O R E
R. P. STEPHANO PONGRACZ
ē S. J. AA LL. & Phil. Doct. ejusdēmq; Prof. Ord.
Ab Humanitate Claudiopolitana Dicata.
Anno M. DCC. XLIX. Mensē Die

Claudiopoli, Typis Academicis Soc. JESU.

35
3270







ILLUSTRISSIMI,
SPECTABILES, PERILLU-
STRES, REVERENDI,
PRÆNOBILES, NOBILES,
AC ERUDITI
DOMINI DOMINI
NEO-BACCALAUREI.

Cuem Vobis Philosophia
impertit honorem, eun-
dem Nostra Poësis, non
minus argumenti, quod assumpit
Majestate, quam exquisito ver-
suum nitore illustrasset; si hono-
ris Vesti studiosissimæ voluntati,
A 2 pares

pares fuissent vires ingenii. Ast, cùm nobis non licuerit esse tam di-
fertis, omne studium, ac operam
in id unicè contulimus, ut, eam
optaremus scriptionis materiem,
ex qua, ut Lauri Vestræ, ita su-
dores nostri, non mediocre cape-
rent ornementum. Metempsy-
chos in id circò Imperatricis Fl. Pul-
cheriæ, in Mariam Theresiam
occidentis Imperatricem, Poten-
tissimam Regni Hungariæ Reginam
Eg. ob virtutum similitudinem,
quas in se Clementissima Hungaro-
rum Regina, quibusdam velut
coloribus effinxit, primo honori
Vestro, qui Vobis, felix, fau-
stus, fortunatusque sit, Eg ad
summos dignatum apices in Re-
publ. Dacica gradus; tributario
nomine inscribit. Cujus in decur-
su, invenietis DD. Neo-Bacca-
lau-

laurei, quorum animis Principis
Vestræ, Hungarici, &què, ac Da-
cici nominis infixus est amor, non
pauca (quemadmodum speramus)
quæ palato arrideant: si ab acer-
rimis ingenii laboribus tantisper
Vestras mentes avocetis, scriben-
dique hoc genus concessò otio per-
curratis; reddituri subinde in Pe-
ripatum, ut majoribus quotidie
in arena literaria progressionibus
factis, præceptas Reipubl. Dacicæ
spes confirmetis. Quæ ejusmodi
viros in Vobis sibi non tam polli-
cetur, quam jure suo postulat,
quorum singulari prudentia, con-
silio, ac virtute, fatiscentem su-
um statum, è parietinis pristinæ
dignitati, ac gloria restituere va-
leat. Quod haud dubiè futurum
speramus, sì, quemadmodum
Princeps Vestræ Heroidum; ita

Vos Majorum Vestrorum immor-talia facta, & virtutes per quan-dam Metempyschosin, id est: per-fectissimam imitationem in usus Vestros, assidua contentionetra-ducatis; qui difficillimis tempori-bus, incredibili virtute, & con-stantia Rempubl. magnis passibus in interitum properantem, suffi-ciente vires Sapientia, sustinue-runt. His Reipubl. studiis sua Vo-ta conjungit.

HONORIS VESTRI

Studioſſima

POESIS CLAUDIOPOLITANA.

AD



AD LECTOREM.

Labere Nympha polo - - -

*- at illa leves cæli demissa per auras
Insonuit, - -*

Canebat Virgilius de Camilla agens , secutus Platonem , ac Pythagoræos ; qui , ut animos hominum ad honesti, rectique rationem fingerent , illustres virtutibus in cælum transferri , reversuros in Heroum , aut Heroidum corpora docebant .

Nos , quibus veritatis lumen illuminat : et si animas suo munere perluntas , in æternitatem transferri , penas scelerum , vel præmia virtutum recepturas , nec unquam aliis corporibus alligandas teneamus ; tamen , cum Divinis etiam instituamur oraculis , credimus animam unius posse in altero suscitari : non Sancti cujuspiam animam revocando , sed Virtutes si-

millimas in aliquo posterorum creando. DEUS etenim hodieum dicitur suscitare novos *Danieles*, *Gedeones*, quoties non rerum duntaxat Dīvinarum profanationem, verūm humanarum etiam prohibere ruinas intendit. Sic ipse Dominus in Evangelio *Eliam venisse* dixit. Hinc est, quod Avos in Nepotibus revixisse dicamus. Cūmenim Majorum Virtutes non participant solum, verūm etiam perfecta imitatione, velut quibusdam coloribus in se effingunt: quodammodo in posteritatem Avorum spiritus, & anima transfunditur.

Idcirco, si libelli titulum inspexeris, cave mireris, Lector; si per quandā fictionē Pythagoricæ Metempsychoseos reducem Imperatricis Pulcheriæ animam in corpore MARIÆ THERESIÆ domicilium fixisse, canamus. DEUS enim Potentiam suam Orbū ostendit, dum præcelsas Majorum virtutes in posteritate suscitat.

Accipe igitur labores nostros Lector, & vale.

S. R.

॥४८(७)॥४९
 लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी
 लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी लक्ष्मी

§. I.

*Descriptio Orbis lactei; in quem,
 ut virtutibns Illustres, ità de Re-
 buspubl. præclarè meritos, post-
 quam corpore relaxantur, transferre
 veteres existimabant. Hinc Ovid.
 Metamor. 9. agens de Hercule
 ità Jovem loquentem inducit:*

— Ego defunctum terra cœlestibus oris
 Accipiam: ipsius datur hoc ingentibus ælis.

Et post pauca subdit:

Quem Pater omnipotens inter caænubila rapit
 Quadrijugo cierru radiantibus iutulit astris.]

A uspicibus Superis, quorum diadema capillos
 Cinxerat: hos memorant templa subisse
 Jovis.

Hic locus est, Grajo de nomine lacteus Orbis;
 Qui latus astrorum cingit utrumque unu.
 Undique collucent præcinctæ lampades auro
 Illic; & Paro marmore testa nitent,

A §.

Sedi-

Sedibus his habitant laxati corpore Reges,
 Et celebres factis nomina summa Duces.
 Felices animæ, quibus has contingere primis,
 Inq; domos Superum proxima facta via est.
 Illas crediderim, pariter vitiisque, jocisque,
 Altius humanis exervisse caput.
 Ludicra nec rerum species pia pectora fregit,
 Officiumque Togæ, Militiæque labora.
 Sic petitar cælum, virtus ad sidera tollit;
 Aethereos Virtus incolit alma Iares.
 Alcides illic, &c., qui fundaverat Urbem
 Romulus, æterno fulget in orbe DEUS.
 Quid motor exemplis, quorum me turba sati-
 gat:

Aetas posterior talia plura tulit.

Imperium postquam divisis viribus orbi
 Christiadum, cepit jura sacrata dare.

Lastea templa Deum multo sunt Gæsare ple-
 na:

O iterum terris Numinia danda suis!

Hos inter numerare licet, quæ jura dederunt
 Nomine fæmineo saepe cupita thronis.

Et, qui iurit suo totum complectitur orbem,
 Invictaque tenet sceptra suprema manu.

Sæpius has animas summo demittit olymbo,
 Veridicus, si non ludit Apollo fidem.

Ut reduces animæ peregrina in corpora mersæ,
 Artibus emeritis plurima sæcla regant.

Et

Et repleant meritis, terias sub utrōq; jacentes
 Sole; serique doment dora superba maris.
 Quod nisi supplicibus terris concedat olympus,
 Antiquem repetet pendula terra chaos.
 Sed memor unde abii: Superorū Numine Divum
 Ad proprios redeat nostra Thalia choros.
 Ut propiore gradu nervis concordibus usa;
 Carmine materiam convenientem premat.

§. II.

Jupiter Fl. Pulcheriam in Templa Heroum, ac Heroidum translatam annis abhinc 1296. alloquitur. Adjuncta loci, ex quo Poëta hoc colloquium intellexit.

Sidera conjuncta diu Pulcheria turbæ,
 Quæ tenuit Graji fulgida sceptræ soli,
 Non aliter cælo luxit, quam cœrula nubes,
 Dum radiis ardet Phæbe coruscæ tuis.
Aut sic, aut etiam mage; nam reddit mita capillos,
 Luce sacrâ: cœli vicerat omne jubar.
Aurea vestis erat, præcincti adamante capilli,
 Grata verecundus pinxerat ora rubor.

Viderat hoc sidus; dextro lumine quidam ::
 Dum traheret facilem in sua vota Deos.
 In video cœlis, inquit: tam nobile sidus ;
 Opatum populis Hungaria terra tuis.
 Hungaricis otinam faveant pia sidera terris ,
 Quæ meritis auxit, solis utramque domum .
 Jamque animo stabat sententia plura loquen-
 di ::
 Flechteret, ut votis Numinis sancta suis.
 Sed timor immodus ferventia vota repressit,
 Officiumque negat territa lingua suum.
 Nam, qui perpetuo præterat terrisque, polisq;
 Et quidquid magni continet unda maris.
 Luce coronatus, magnorum tempora subivit.
 Heroam scana candidiora nive.
 Huic aderat germana comes sapientia Juno ,
 Quam sequitur croceis flammea tæda comis..
 Obscuruit, gelidusque cornas arreverat horror ::
 Ut solet in subitis casibus esse timor..
 Hæc erat in toto lux aspectabilis orbe ::
 Si radios Divum lumina nostra ferant.
 Non ita, dum spargit croceos Aurora capillos.
 Lucet; nec currus igneis l'hæbe tui.
 Cynthia nec bisores intrat, dum Luna fenestras,
 Mense fere medio, quanta nitore solet.
 Forte ego tunc Superum claram delatus in
 ædem ,
 In qua per celebri stat Dea facta manu.

Cede


Cede loco, precib^{us}que Deos urgere caveto,
 Diximus : est curæ Pannonis ora Diis.
 Cessit, & è medio timidos subduxerat artus;
 Cùm venit ad sensus, mollis ab aure sonus..
 Adverto mentem ; vultus ad sidera tollo:
 E Superum vultu verba legenda ratus,
 Et, mihi, si liceat : quid Vatibus astra negâ-
 runt?
 Consiliis adero Jupiter alme tuis.
 Nec dubito, fas est vultus vidisse Deorum
 Vatibus : id certè publica fama docet.
 Substiterat non dūm dextrā, qui fulmina vi-
 brat,
 Æternaque tenet sceptra suprema manu.
 Cùm tua Fulminifer perstrinxit lumina, sidus
 Nobile ; quod Grajīs fulserat ante plagis.
 Constitit, ut vedit (nam quos ad sidera virtus
 Everit, notum est hos placuisse Diis)
 Sicque prior placido de pectore, fundere voces
 Cæperat; hæcque Dei verba loquentis erant.
 Regia sceptra gerit, vobis mea dextra ministris,
 Et per vos populis jura verenda damus.
 Sæpius Alcidēn cælo submisimus alto
 Terris ; qui variom nomen habebat humi.
 Nunc Stephanum, clarosque Duces è sanguine
 Regum
 Indutus, terris Jura sacrata dedit.
 Nunc Corvine tuum Regum clarissime, nomen
 Sumpfit: Pannonicis lucida gemma plagis!

Si mihi colloquiis Divum intercedere detur :
 Hos date supplicibus Numinis sancta viros.
 Hi sunt , quos deceat sacra redimire cotona ,
 Dignaque Pannonicæ sceptræ tenere plagæ.
 Aut , si non merui tales , concedite nostris
 Fæmineo , quæ det nomine jura thronis.
 Sequana , quam fugiat , fugiant tua cornua Lu-
 nā ,
 Sitque sub hac Oriens , Occiduusque dies.
 Quod precor eveniet ; sunt quædam oracula
 Vatum :
 Jupiter optanti prospera signa dedit.
 Cætera quid referam (flecto dum Numinis Va-
 tes)
 Fulminifer dixit nomina clara Ducum ?
 Has animas fragili laxatas corpore , cælis
 Reddimus . ut iussæ Regna subinde regant.
 Semper , at obsequiis harum majora paramus
 Præmia ; magnifico Numinis digna Jovis.
 Quas etenim Regnis cælestia Numinis Divum
 Præficiunt iterum , iussaque sceptræ tenent.
 Ut media lucem diffundit Cynthia nocte :
 Aut rubet Eois flamma reducta jubis.
 Sic hæ sidereas arces summique Tonantis
 Luce coronatae , templo sacrata replent.
 Eximum vestrum miratis frontis honorem ?
 Non est cælestis causa tacenda rei.
 Victrices per Te Lauros ex hostibus egi ,
 Vexabant Italos , qui mea sacra plagiis .

Cor-

Corpo te, quæ sumpto gessisti bella Mathildis,
Henrico Latias depopulante plagas.

His constat splendor meritis, lucisque pereonis
Fulgor. Magnificæ reddita causa rei.



§. III.

*Fl. Pulcheriæ Responsum, quo,
non tantum se, vita functo Arca-
dio, ornatam Augustæ titulo, non
audito ad eam diem exemplo, Im-
periique consortem renunciatam
Theodosii Germani, ac Patrum
voluntate; verùm etiam bella,
quæ Græcos inter, & Persas exar-
serant: persequitur.*

*A*mbiguo suspensa metu Pulcheria, magni
Sustinet interea suavia verba Jovis.
Frigota, dum totum resident per corpus oborta
Et ratio vires exerit alma suas.
Mens ubi convaluit, subitōque audacia venit,
Talia non timuit reddere verba Jovi.

Ar.

Arcadius postq[ue] tristes descendit ad umbras,
 Et clausit Graji Cæsaris ossa locus.
 Augustæ titulis ornor; de sanguine nata
 Augusti; & Patres sceptra tenere jubent.
 Sceptra puellares animos; si Graja reposcunt.
 Dixi: sollicita sceptra tenebo manu.
 Sed vereor; tanto ne oneri sit dextra ferendo.
 Impar, quam (fateor) mollia pensa decenc.
 Hæc quicunque rotant; series immensa labo-
 rum.
 Impendet; facili non superanda gradu.
 Eheu quot, qualisque viri clarissima belli
 Nomina, Regnorum pondere fessa labant!
 Versat enim fortuna. Duces incerta periclis,
 Et celebres factis obruit una dies.
 Et vos imbellis, belli sine pulvere Nymphæ
 Imperii tantum ferre valetis onus?
 Substiteram: curas animo complexa, negavi:
 Fæminea Regnum posse tenere manu.
 Nec libet in tales animum contendere curas:
 Sit mecum, ut cineri Græcia sacra suo.
 Jämque animo stabat subducere colla periclis;
 Nisi Procerum precibus vieta puella forem.
 Cessi, non ignara licet, quæ bella manerent,
 Porrexii vietas in fera vincla manus.
 Sed mihi non parvo stetit, assumpisse Paterna
 Sceptra, quibus populo. jusq[ue] piūmque dedi.
 Atq[ue] aliquis (memini) dixit: censeberis audax,
 Quod sumas manibus sceptra regenda tuis.
 Non

Non bene conveniunt ætati munera tanta :
 Immodicum pondus virgula ferre nequit.
 Cernis, ut in doris (& quid bove firmius) agris
 Indurata boum colla perurat onus.
 Immenso firmæ solvuntur in æquore naves ;
 Vix Atlas humeris sustinet astra suis.
 Horrida bella timent ; bellis tentabere Virgo:
 Impia nam Martis Te premet ira Dei.
 Quid facis ? ecce ruit numero so milite cinctus,
 Sævus Achaemenius Persica castra trahens.
 Imminet Odrysiis castris Almundarus ingens,
 Et sequitur Scypticum barbara turba Duce.
 Stant acies rigidæ , ferali campus equorum
 Hinnitu resonat , Martia signa volant.
 Non priùs abscedet, fæda quām clade notatis
 Eripiat Ducibus sceptræ Pelasga tuis.
 Ut monuit; sensi præcordia nostra moveri ,
 Et peccus curis intumuisse novis.
 Exitus accessit verbis; nam Bosphorus atro
 Purpureis mistus sanguine fluxit aquis.
 Hostis enim venit Grajos populetur, ut agros;
 Heu torsere meum quanta pericla caput !
 Et subiit mentem quoties miserabile bellum,
 Sum toties misero pallida facta metu.

§. IV.

*Secretum Jovis consilium, &
sors Austriacæ Domus, Carolo VI.
sine Hærede mare excessuro è vi-
vis, decretumque, quo Fl. Pulche-
riae animam rursus corpori præfi-
cere, & Viraginem Austriadem
Jupiter induere jubet: ut, que
hostes in Oriente magis pietate,
quam armis perdonuit, eadem
Sacra Regni Hungariae Corona ex-
ornata, Hæreditarias Provincias
regat, ac Occidentem nova
pace componat.*

Dicere de bellis Pulchritia plura parabat;
Torpuit ast gelido lingua retenta metu.
Causa metus fuerit, tacito quod murmure Juno,
Nescio flammifero, quos dedit ore sonos.
Ira quibus Jovis est sub tristis visa moveri:
Si tamen in magnes hic cadat ira Deos.

Vix.

Virgineæ suberit formidinis altera causa,
 Cùm prius hæc voluit dicere verba Jovi.
 Si per te liceat, nobis habitentur, ut arces
 Supremæ; valeat terra referta malis.
 Nam terras pertæsa cupit, super æthære vitam
 Vivere; nec summis ardet adesse thronis.
 Hæc ego dum mecum tacitus: tum longa serue-
 bant
 Alloquia; arcanis non nisi nota Diis.
 Proficuas dixi: terris conferte loquelas,
 Deprecor ô facilis Numinæ sancta poli!
 Audiit, & votis ardet subscribere nostriis
 Fulminifer: fleant astra vocata precæ.
 Nunc date Pegasides cultissima verba loquenti;
 Ut referam digno carmine dicta Jovis.
 Numinæ, dum tacitas referunt è pectore voces,
 Verbâque submisso murmure suave sonant.
 Lumine signabam vultum, gestusque Deorum,
 Cælica, si possent lumine verba legi.
 Nil tamen ex signis animo mandare licebat;
 Sæpè etenim sensus fallere signa solent.
 Numinæ contulerint secum (si credere fas est)
 Ex Jove, quos cupida cæpimus aure sonos.
 Fulminifer vultus aversos ante, reduxit:
 Hæc tunc materies tota loquentis erat.
 Legibus aeternis, flabili conscripta tabella,
 Magnificos Reges tristia fata trahunt.
 Immodicus fateor, tangit præcordia mærcr,
 Cæsareae viduent, cùm fera fata domus.

Nempe

Nempe coronati Reges, hac lege tenentur,
 Sanguinis, ut subeant fata seduca sui.
 Ludibrio Tomyris, scelerata propago superstes
 Cambyses; tenuit sceptrum suprema manu.
 Quique tuas Macedo stupuit viciisse Phalanges,
 Et patria iugulum triste subivit humo.
 In numero fuerat cincos, qui milite Xerxi,
 Ultima fæminei tradidit arma throni.
 Nempe manent magnos bustalia facta Monar-
 chus,
 Complent, cum tetricæ Regia pensa Deæ.
 Sic diversa suos alternant sidera cursus:
 Non virides semper Sirius urit agros.
 Sic, nisi fortè Jovis sanctissima Diphthera fal-
 lat,
 Nullaque sit rebus, quas docet illa fides.
 Habsburgi stirpem Dominam, fors improba fac-
 ti,
 Elysium properè coget adire nemus.
 Nam Caroli dabitur nunquam de sanguine
 proles
 Mascula; seffo animam suppositura Patrii.
 Hæc tulerat tredecim, per plurima sæcla Mo-
 narchas,
 Vixque fuit toto clarius orbe genus.
 Hujus enim, qui longa adeat cunabula stirpis,
 Si stellas numeret, dinumerabit Avos.
 Ante alios igitur, scriptis, quos ordine longo,
 Victuræ libris inscrutare manus.

Habspergus fuerat Comitis cognomine clarus,
 Qui dedit Austriacis sceptrum, thronumq; Diis.
 Nomine, non etiam fama, aut pietate secundus
 ulli, promeruit, qui pietate thronum.
 Fatorum nunc ordo rapit, spoliatque virili
 Sexu; perelebrem nobilitate domum.
 Ne tamen immeritas genus hoc descendat ad
 umbras.

Est prospecturis plurima cura Diis.
 Ultima nascetur, clara de stirpe Virago,
 Hæcerit Hungarici, spesque decusq; throni.
 Et quoniam terris nusquam tibi solis abortu,
 Inter præcelfas altera nomen habet.
 Nam meritis claras, veteresq; Heroidas æquass;
 Et magnis fuppar Regibus esse potes,
 Hanc tibi designat Divum sapientia juno:
 Non sine consilio, Numinibusque meis.
 Dicere non facile est, quanto dignabor honore,
 Indutam Austriacæ Regia membra Deæ.
 Atmis vindicibus, per Te pacabimus orbem
 Occiduum; Boreas, quæ ferus urget humum.
 Per Te stabit honos Patrius, Tempisque, Diisq;
 Implebis meritis solis utramque domum.

§. V.

*Fl. Pulcheria brevibus perse-
 quitur, quæ olim pro dignitate Im-
 perii*

perii Orientis gravissima inter pericula præliterit: Et præceptis, quæ in Occidente bella impenderent, terras deprecatur.

HÆc ubi Fulminis et Dominus complectitus ore:

Pallor in attonitæ Virginis ore fuit.

Obstupuit, Divique simul circum ora pependit;
Impediit subitus dicere verba pavor.

Ut tamen imminuit se se timor, atque remisit,
Et prior attonitæ voxque, colorque redit.

Quæ mea ait: Superos injuria fecit iniquos?

An merui factis tam mala multa meis?
Imperii quondam moles cervice quievit
Nostra: vix humeris illa ferenda virum,
Tunc nos fæmineis pacatum viribus orbe in
Liquimus; ut detur templo subire Jovis,
Martis opus, teneris confecimus omne lacertis,
Quæ ferrugineas sœpè tulere notas.

Hæc pietas, mercésque datur, pretiumq; labori
Rursus bellorum cogar ut esse scopus?
Non ego, si dentur centenis fulta columnis
Laomedontiadis Regia tecta senis.
Offerat, aut trabes centum, Diademata centū,
Heroum templis præposuisse velim.
Terra ferax monstri, cælo minitantia cudit
Fulmina, quæis resonent templo sacrata Jovis.
Nonq;

Noñe vides, Siculos nimium fumare caminos,
 Atque adeò Æthnæas insonuisse plagas?
 Ceu repetant cælos scansuti bella Gigantes,
 Aut nova Cyclopes crudere tela parent.
 Anne satis squallent prostratis mænibus Urbes
 Hungaricæ? stratis ossibus albet humus.
 Heu quoties, Hunni stupefactus clade Tibiscus
 Constitit, & rubeis decolor ibat aquis.
 Horrida perpetui flet adhuc vestigia belli,
 Dum quacunque pater terra, cruento fluit.
 Huñica sceptræ Viros, & fortia corda requirunt,
 Enthea magnanimo fax ubi corde viget.
 Hæc quicunque rotat, vis duret ahæra peccus;
 Hungariæ in clades, nam dabit arma furor.
 Sic illa; & lachrymas verbis, dum miscet amaraç
 Linquitur: & miseræ vox propè tota fugit.

§. VI.

Gentis Hungaricæ bellicam vir-
 tutem Posteritati traditam à Ma-
 joribus, qui, è bellis, quæ adversus
 Christiani nominis hostes gesse-
 runt, incredibilibus Victoriis, ac
 Tri-

Triumphis reportatis, gloriam suū
nominis æternitati transcripsere,
Jupiter commemorat ; quem
admodum etiam Taurini (vulgo
Belgradi) situm , & expugnatio-
nem : amoremque , quo hæc gens
Regum observantissima , prosecu-
tura est Fl. Pulcheriam in Maria
Theresa . Jovis sententia volun-
tatem suam Fl. Pulcheria adscri-
bit .

Finierat Virgo . Grandem sub corde dolorem
Jupiter oppressit , pectore vulnus habens ,
Et verbis Divam placidè solatur , & inquit :
Hic mea res agitur , Hæc Virago cave .
Non te bella petent , in me Mars exeret iras ,
Vult me in vulneribus , vulnera ferre tuis .
Mē decet Hungarici Regni prohibere ruinas ;
Bella hæc sunt manibus contumulanda meis
Pannonicis aderunt cælestia Numina sceptris ,
Cùm ferat infestos terra noverca Deos .
Nam gentem bellis celebrē concedet Olympus ,
Claraque promeritis nomina summa Duce .
Hæc gens assiduis è bellis , bella serendo
Vixit : & indomitis intulit arma viris .
Vicit ,

Vicit , & innumeros docuit contundere Turcas ,

Dura pharetrato bella movente Geta.
Tela per , & lituos , & saucia scuta sagittis ,
Irruit hostiles vincat, ut ense Duce.

Scilicet in mediis pretiosa pericula pugnis
Quærit , & invicto Marte reserre decus,
Hinc labor, ardentiq; liquens in pulvere sudor,
Martis, ut ad lauros erescat avitus honor.

Degeneres Hunnos , si hostilem tela cruentem ,
Non stillent, aut sit siccata cruento manus.
Maxima pars hominū nullo terretur ab hoste:
Fæmina nec sævi militis arma timer.

Dant illis animos vires, & conscientia virtus:
Quámque libet longis cursibus aptus equus.
Quódg; sitim didicere diu tolerare malignam;
Et tua, quæ sequitur Mars piter arma famem.

Ipse licet Boreas, truculentius exerat iras,
Concit et iratas Æolus ipse minas.

Turbo ruat nivium, gelidis reflantibus Austris,
Seu cadat è summo vertice grando poli.

Contemnit, ventiq; minas, rabiémq; Deorum:
A puero didicit , talia posse pati.

Frigoris est patiens, solvunt insomnia nunquā.
Cujus perpetuum corpora durat opus.

Sub Iove perdurat gelido, noctesque, diesque ;
Docta graves imbres , & tolerare Notos.

Et Dux , & miles, sagulo sua corpora velant ,
Dum defessa brevi membra quiete levant.

Aut somnos captat bellacem innixus in hastam;
 Dum picturatis Luna laborat equis.
 Hostis Pannonicos tentet penetrare Penates:
 Excitus infestis obvius ibit equis.
 Hi sunt, quos deceat stricto concurrere ferro,
 Duraque in oppositos pectora ferre viros.
 Hi sunt lactantis, quos matris ab ubere Ma-
 vors
 Abripit, & magnis objicit ense Getis.
 Hi sunt Odrysio repleant, qui sanguine campos,
 Et frangant cornu perfida Luna tuum.
 His saevum Argolicus ferrum concedat Ulysses;
 Martia, qui Teuerum contudit arma Ducum,
 Hic ubi bellacis, saevos calcaribus armos,
 Urget equi; eernes fulminis ire modo.
 Non ita flamma domos carpit perflantibus Eu-
 ris;
 Ut celeres Hunnus, fertque, refertque gradus.
 Fulmina Pannonici persensit Thracia sceptri;
 Dum gemuit rubeas saucia Luna comas.
 Stat vetus urbs, ripae vicina binominis Istri
 Mænibus, & positu vix adeunda loci.
 Sæpius Odrysio hanc gens barbara Marte pere-
 mit,
 Atque in Pannonium sustulit arma Getes.
 Ille memor clari generis, vireute quod auget,
 Protinus Hungarico milite cinctus adest.
 Vix stetit Hunnorum Taurini ad mænia miles,
 Extorsit genti mænia capta feræ.

Venit, & in campos famulo de sanguine eretus
 Horis, barbara gens ; Pannoni Diva tuos.
 Quem simul, ac vidit Pannon : conclamat ad
 arma;

Heu fuge cornutis perdita Luna rotis !
 Nulla mora est: tolluntur equis, & castra petun-
 tur

Barbara; quæ vigili cinxerat arte Getes.
 Arma viri expedient, armis incurrit in hostes
 Hunnus; & infensus jam Geta viens abit.
 Luxuriant campi, Getica sub clade jacentes ;
 Decolor, & rubeas, Istrias ursit aquas.

Cætera quid referam, quæ factis inclita gessit
 Bella hæc gens; magnis annumeranda Diis ?
 Multa quidem tulerat, Diis adversantibus usa:
 Firmior unde suas etulit illa manus.

Suffecere malis animi: nam corpus ab illis
 Accepit vires, vixque ferenda tulit.
 Otia nempe pati secura, & mollia nescit ;
 Defluit hoc virtus Patria sœpè malo.
 Jura dabis genti huic, hostes, quæ vincere novit:
 Hungarus ardebit semper amore tui.

Quām se Pannoniis extollet gloria sceptris !
 Hostili terra, præmia quanta leget ?

Gaudia vix cepi, quæ pectora nostra tume-
 bant.

Quod meruit laudes, Hungara terra Jovis.
 Scilicet in superos rabies cadit invida nusquam.
 Quæ laceret nostri, remque, decusque throni.

Desierat: simul, & lachrymis Pulcheria legem
 Dixit; & ab aetas sustulit illa genas.
 Et (memini) dixit: cupio subscribere iussis,
 Hungarico, cum sim digna sedere throno.
 Fulminifer repetit solium tunc Patris eburnum,
 Ornatum gemmis indica terra tuis.
 Hæc ego, quæ cecini, sacram delatus in ædem
 Vidi; & dicta suam sunt habitura fidem.
 Si, modo dent Superi vites in carmina nobis,
 Et faveant ceptis Numinis sacra meis.
 Nil dubita (reddit Polyhymnia prima sororum)
 I, patrios celeri Tu pede carpe lares,
 Annuet inceptis placide; Natalia cuius
 Aurea fert animus concelebrate metris,
 Diva fave, & nostros vultu dignare labores,
 Reddita Pannonicis gemma cupita thronis.

§. VII.

Renascitur Fl. Pulcheria Annò se-
 ptimo supra Millesimum septingen-
 tesimum decimū: tertio nonas Maii
 in Maria Theresia, Viennæ in Au-
 stria: cum potentissimos inter Or-
 bis universi Monarchas Carolum
 scilicet, & Ottomanum Cæsares,
 ad

ad Temesium, & Taurinum maximè omnium memorabile bellum gereretur; quò insignem accepit cladem Turca. Regnorum Præfides Deæ, Austrianempe: Bohemia, Carinthia, Carniola, Styria, & Tyrolis cum muneribus Natalia celebrare, Viennam veniunt.

Labere Nympha polo, finēsque invisi

- At illa leves celi demissa per auras

Insoruit - - - - - Virg. Aenid. 11.

ENredit in terras, Superiorum munere cælis,
Diva triumphali conspicienda sinu.

Signa dedit Phæbus, tunc, cùm caput igne coruscus,

Flammiferis croceam lantada vexit equis.
Sustulit, & solito citius jubar æquore Titan,

Lucifero claram præveniente diem.

Et, cur occiduis properant concedere terris

Cælorum flammæ, nōxque coarctat iter?

Queritis unde putē concedere sidera mundo?

Est nobis liquidò cognita causa satis.

Sidera concedunt terris: nam munere Divum,

Nascitur occidua lucida stella plagæ.

Aurea cingantur, florenti altaria seruo,

Micāque sacrato thuris in igne sonet.

Quæque Carystæas, toto distantia ælo
 Cinnama per dubias Navita v'estat aquas.
 Et, quod munus Arabs, à terra divite mittit ::
 Urite odoratis igne sonante focis.
 Ipse Deos (modo dent annos) venerab' ar' aras;
 Et memori fundam massica sacra manu.
 Nam Dea concedit medio sublimis olympo ::
 Quis dubitet gratas iude venire Deas ?
 Quis fuit ille dies, quo cælis lapsa Virago,
 Creditur Austriacis supposuisse manum ?
 Cælica nempe tuis succedit sœmina rebus
 Austriæ; Cæsareo Numin'e digna Dea.
 Sic soror in cælis oritur pulcherrima Phæbis,
 Cùm sol in virides præcipitatur aquas.
 Hunc ego, felici tangam, si carmina, Musæ,
 Phæbus, & inceptum continuabit opus.
 Annulerabo dies inter, qui festa vocantur ::
 Fert quibus incensum, turba sacrata Jovi.
 Ista nec immerito saeva lux dicenda videtur ::
 Cùm tulerit vestris Austria rebus opem.
 Iste dies fuerit, celebrat quo Martis honores
 Roma: nec à veridissimè ista fide.
 Namque gemellorum surgunt cùm signa Deo-
 rum,
 Româque dat Marti thura, merûmque Deo..
 Cùmque sacris finem dat, sœvus Marspiter: Idus
 Ante duas noctes, Luna vehebat equis.
 Tunc repetit terras, auro redimita capillos ::
 Diya cupita tuis Hungara terra thronis..

Nascitur his Danaum gratissima Nympha diebus

Carolidæ, Carolis, nomen, & ora serens.
 Lux hæc natalis, ne quid, nisi suave videret
 Aurea, & expulsis nubibus alma fuit.
 Jupiter hæc solitò fulsit rubicundiæs hora,
 Lunâque secundo, sölque suære loco.
 Fallimur?arma sonant; Taurini ad mænia miles
 Prima pharetratis præmia captat equis.
 Et Themesus volvit permisso sanguine ripas,
 Et tristes urget subruber Ister aquas.
 Quas simul, ac sensit, Neptunus sanguine multo
 Miscerit, placidum sustulit amne caput.
 Atque refert: classis, quæ nos truculenta fatigat,
 Inque suas clades urget ad arma manus?
 Et Thetis in medio fluctu, admirata cruorem:
 Virgineum timuit commaculare lînum.
 Et tamen, hæc festas lîces numerabitur inter,
 Dignâque erit Fastis sanguinolenta meis?
 Nil super his moveor; Festis adscribe diebus
 Lucem; quæ Getico stagna crux notat.
 Scilicet occiduum solem, laudamus ab orcu;
 Cujus ab auspicijs tempora lucis eunt.
 Hoc voluere die, famula de stirpe creatum
 Di non exigua clade, notare Getam.
 Ut Dominam, summo delapsam noscat olym-
 po,
 Subdat, & Hungaricæ colla superba Deæ.

Hic ego jam (siquidem foret hæc mihi copia)
causas

Bellorum peterem, factaque bella darem,
Sed p' operare jubent Musæ: prescribere plausus,
Gaudiaque Hunnorum, quæ Deæ nata tulit.
Felices Hunnos! quæis mittunt sidera Regem,
Cui possint patrii tradere sceptra throni.
At; quid in applausus Hunorum carmina cur-
runt,

Vixque vacat plausu pagina nostra suo?
Non eß Hungaricis, cupiā cur plaudere sceptris?
Autria nutrita terra superba Deâ est.
Quæ simul, ac hausit decretæ lumina vitæ,
Austriacus famulas detulit orbis opes.
Officiis paribus Regnorum Numinæ certant:
Quodlibet obsequio gestit adesse suo.
Ordinibus distincta suis, it turba Dearum,
Quæ frontem circum Myrtlea ferta gerit,
Venerat has inter redimita Bohemia Lauro;
Quam sequitur sociis Carnia vecta rotis.
His aderat, famulo, quæ currit murmure Mura,
Non chalybes capiti suppositura Deæ.
Hanc prope quadrijugo vehitur Carinthia cur-
ru,

Allatura suæ vota, precésque Deæ.
Agmina cladebat ferventia, fida Tyrolis:
Agmina de longis jam bene sessa viis.
Hæ sunt, Austriaci, quæ Numinis ora verentur;
Austriacæque parant aurea dona Deæ.

Hæ veniunt celebrare suis Natalia votis :
 Vota nec effectu sunt caritura suo.
 Quidam una fuit facies, mens omnibus una :
 Sciitque in fido pectora candor erat.
 Hæ, quæcunque valet mens æthere nata parare,
 Cuncta parant, timidos non habitura metus.
 Limina vix subeunt, fulgor demissus olympo,
 Perstrinxit vultus advena turba tuos.
 Parva mora est: multam Natæ dixerat salutem,
 Et simul ad Dominæ procubueræ pedes.
 Hic Dea, purpureos cujus diadema capillos
 Cingit; præ reliquis sic prior orsa loquießt.
 Sedibus è patriis est subdita turba Dearum
 Excita, ad nutus turba futura tuos.
 O Jove nata Deo, cælis delapsa Varago!
 O Iteus! o magni gloria summa Patri!
 Tu nostri adventus, & multi causa laboris:
 O! vidui stabilis, spesque decusque throni,
 Te precibus, votisque Deæ cupière diurnis;
 Moverunt faciliter tam pia vota Jovem.
 Nempe gravis ceptum posuit fortuna tenorem,
 Nec peragit cursus semper aerba suos.
 Nubila nec semper condunt fatalia solem:
 Et redit expulsa nocte, cupita dies.
 Alternat fortuna vices, ut sidera cursus:
 Non premit æterno corda dolore Dea.

§. VIII.

*Leopoldus Caroli Sexti Cæsaris.
Filius, anno Millesimo Septingente-
simō Decimō Sextō, non minori Pa-
tris, quam Regnorum hæreditati-
orum luctu, vitam cum morte
commutat. Cuius præmaturam
mortem Bohemia per occasionem
commemorat. Munerum obla-
tio, quæ Regnorum Deæ, natæ Fl.
Pulcheriæ attulerant.*

Carolidæ (justo desunt sua verba dolori)
Complérant tetricæ stamina pulla Deæ.
Vix ierant aliquot luces. cùm sancta Puelli
Ante diem cineres, ossa bibere suos.
Crudeles Parcæ! crudelior omnibus una!
Cur Lachesis nigros, tam citò jungis equos?
Parcere debueras huic, de tot millibus uni:
Indignus fuerat curribus iste tuis.
Vos quoque crudeles cæli, nimiūmque parati,
Sideraque in luctus ingeniosa meos!
Si rapitis mala fata bonos (ignoscite fassæ)
Numina solicitor dicere, nulla dari.

Nescio, an exciderit mecum tam lugubre tempus,

Quo, tristi venit nuncia fama gradu.

Nox fuerit: noctis sunt partus monstra sinistram;

Cynthia cum nigris nubila surgit equis.

Non mihi tunc licuit, lachrymis perfundere ju-

Torpuerant faciles ante dolore genæ. Cstis,

Nam dolor immodicus perfudit frigore pectus:

Constrinxitque gelu lumina nostra suo.

Regius ore color fugit: matiesque pererrat

Artus, & misero, & que, cadoque metu,

Ut mater digitis, dum condit lumina nati,

Aut infert tumulo busta suprema sui.

Exanimes artus, & membra trementia nutant,

Ut, cum populeas ventilat aura comas.

Utque truci Borea, graciles vibrantur aristæ,

Altaque cum reffuo stringitur unda Noto.

Aut sic, aut etiam tremui mage, fracta dolore;

Nec fuit in gelido pectora vita Deæ.

Obstiterat lachrymis etiā, stupor abditus æquis,

Et corpus miserum, languor habebat iners.

Felicem dixi Nioben, quæ faxea facta est

Fletibus; in terris Mygdoni terra tuis.

Non tulimus languere diu: vis summa doloris,

In fletus solvit lumina siccæ pios.

Suspenseq; diu lachrymæ fluxere per ora,

Qualiter exusta de nive manat aqua.

Quid potius facerent dixi: mea lumina flete;

Curre per indignas gutta retenta genas.

Vosque manus geminæ, viduatum plangite pes
Et us:

Tuque coronatas gloria mitte comas.

Non decet evinctos cingant, ut setta capillos:

Felices ornent sacra corona comas.

Regia nec scapulis aptetur purpura nostris;

Cæstæ memorem me decet esse necis.

Indue perpetuam Regina Bohemia pulchram,

Nec pudeat lachrymis ora rigare tuis.

Ut lachrymis, planctaque pio: queis astra mo-
ventur;

Supremos flectas in tua vota Deos.

Et quoniam extinkutum (cujus præsentis imago

Ante oculos hæret) reddere Diva nequis.

Flebilibus cælos faciles contendito verbis,

Sunt motura Jovem tam pia thura tuum.

Et, Superi! sociæ miseris abstergite luctus;

Flectunt audita Numinia sancta preces.

Aurea dona Deæ, fidissima turba Dearum

Sternite; de longe, quæque tulisti opes.

Finierat Regina Bohemia. Voce sororum

Laus datur: & placido murmure dicta pro-

bant

Confestim promunt genialia muneta Divæ:

Inque puellarem dona parata sinum.

Munera, quæ tulerint, non sicut conscribere ver-

stu:

Exuperant vires, ingeniumque meum.

Si

Si tamen accedant Divorum Numine vires,
 Munera per brevibus summa notabo metris.
 Attrulerant tabulas auri sub remine pilas;
 Donaq; que Phrygia pinxerat arte manus.
 Hic spectare licet populos. s̄evāsq; phalanges,
 Armāque cūm telis in strue juncta suis.
 Ærata sc̄ies R̄gina Bohemia desert:
 Mura tulit Martis ferrea tela Dei.
 Montibus ex fætis auro, sua dona Tyrolis
 Eruta, Cælarea virginē digna dedit.
 Interea resonant cantu concorde penates:
 Attulerat famulas turba sonora cheles.
 Officiis postquam defuncta est turba Dearum;
 Quælibet in proprio discubueré thoro.
 Ut longis defessa viis, pia turba sororum
 Membra levet: nata turba sacrata Deæ.

§. IX.

In spem Regni Apostolici, famulantibus Regnorum Deabus educatur Fl. Pulcheria, in Maria Theresa.

Surge, age, cr̄-scen tem, versu comitare Puellā;
 I, c̄-letes urge fidā Thalia pedes.
 Optatae non dum sunt tempora justa quietis:
 Nam famula restant plura canenda cheli.

Hā Patris ante oculos, & magnæ lumina Matris,
 Cælica Diva suos, fertque, refertque pedes.
 Nunc miratur opus pictum, allatāisque tabellas:
 Quas natæ, Bojūm Nymphæ sacrata tulit.
 Nunc chalybes tractat Muræ, quas vexit arena,
 Nunc digicis aptat gemmea dona suis.
 Quid tibi cum tabulis, quas densat miles in ar-
 mis?

(Marspiter in tabula milite cinctus erat)
 Vix poterat fari, nondum concesserat ætas:
 Officiūmque negat lingua tenella suum.
 Non bene contegitur, tenui velamine carnis,
 Qui venit æthereo spiritus axe poli.
 Quod nequiiit linguâ, supplevit gestibus aptis:
 Eminet indicio prodita flamma suo.
 Scilicet ætati teneræ concedit olympus
 Signa, quibus mentis pandere sensa queat.
 Copia sic legitur fructus è flore futurs;
 Cùm flos arboreas ornat ubique comas.
 Commendat Pomona suos in flore labores,
 Quæque tenent Afras aurea mala Deas.
 Prunâque, quæ profert fæcundæ gleba Damasci,
 Et, quæ sunt Siris grata volema Diis.
 Et nux, & morus, baccis, & cærula ficus,
 Divitias jaqtant flore tegente comas.
 Sic ætas viridis, nondum matura loquendi,
 Sensa animi gestu significare cupit.
 Musa, quid è mutis legisti gestibus, adde:
 Ut tangat portus lassa carina suos,

Flumina cur spectet, montes, & militis arma,
 Oppidaque, & populos, quæque tabella refert?
 Noste cupis Vates causas, qui mente futura
 Præcipis, & certio vera furore refers?
 Est Deus in vobis, sunt, & commercia cæli:
 Fatidicos Vates causa latere nequit.
 An tecum exciderint, Grajam quo fine Puellam
 Reddiderint vestris, sidera summa plagi?
 Fluminaque, & montes spectat: quævis bella ge-
 rentur,
 Armaque; clarorum ferrea fata Ducum?
 Exige, sac revoca tecum, quæ dixerit ante
 Fulminifer. Disces fata futura Deæ.
 Scilicet Hungarico cingent diademate frontem,
 Per duo lustra subin, plurima bella geret.
 In mea vo·a facis fidissima turba sororum:
 Gratia par meritis, detur amica tuis.
 Currite difficiles redivivis orbibus anni:
 Cynthia, tuque citas curribus adde rotas.
 Parent. Effusas Phœbus laxavit habenas:
 Lunaque continuis sat citò fertur equis.
 Multaque solsticium longis de noctibus aufert,
 Ecce facit exiguo bruma revecta dies.
 Gaude, longinquis subscribunt sidera votis,
 Et Diū, qui terris Pannoni Diva favent.
 Vos quoq; solicitæ, curas impendite Nymphæ,
 Austriaco fertis, quæ pia thura Deo.
 Ferte croco pictas, fulgenti murice vestes,
 Augustum circa fascia pedus eat.

Con-

Cōngrua cerviti est (nō jam segmenta requiro)
 Purpura, quæ Tyrio murice tincta rubet.
 Aurea Virgineum cingant redimicula collum;
 Quæque à Memnonio littore concha venit,
 Et digitos gemmæ, lapides Orientē petiti;
 Ornent Cæsareos Pondera grata sinus.
 Atque verecundas aures ornate lapillis;
 Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
 Cæsariem (resuā ne sint sine lege capilli)
 Interetes volvat subditā turba globos,
 Præcinctæq; comæ scapulo jaētentur utrōque,
 Sustinat similes fluctibus illa sinus.
 Convenit exultos gemmis variare capillos;
 Sic erat ornatis Laodamia comis.
 Hanc deceat exultis sine fine paratibus uti,
 Hanc deceat ornatū luxuriare novo.

§. X.

Caroli Cæsarī immortali memoria dignissimi mors.

Fallimur, an vana luduntur imagine sensus?
 Austria subtristi grandia mente tegit.
 Pallet ut Autumno letis de vite racemis
 Pallescunt frondes, quas nova læsit hyems.
 Nec solito crines gemmis sunt more revincti,
 Mæstaque funerea corpora veste tegit.
 Ecce jacent collo lugentum more capilli,
 Et plangunt mæstæ peitora nuda manus.

Illachrymat, mæret, gemitus è pectore ducit,
 Et titubant vario membra relista metu.
Nec simula re potest conceptum corde dolorē :
 Indicium ludūs, plurimus imber erat.
Quid facis(exclamo) qui versant corda dolores?
 Non pudet impexis exululare cornis?
Quo properas discincta comas, similisque su-
renti
Quo raperis? misera cur petis ora manu?
 Hic furor Andromachen stimulis agitabat acer-
 bis,
 Indomitīs Hector, cùm traheretur equis.
Parce precor lachrymis (poscunt hæc tempora
 plausum)
 Si non vis lachrymis parcere, parce genis.
Sic ego, sic veniens (aberat nam longius ipsa)
 Orsa; anima cepit deficiente loqui.
O Vates! cessā legem mihi dicere flendi:
 Tempora sunt (eheu) nostra referta malis.
O Divæ! missam cælis ornare puellam
 Vultis, & aurata cingere veste Deam?
Vultis Caroliden præcingere veste decora,
 Et quæ de Tyrio murice lana rubet?
Vultis adornates positu variare capillos?
 Conspicuas gemmis vultis habere manus?
Induitis collo lapides Oriente petitos,
 Et quantos onus est aure tulisse duos.
Mittite purpureo circumdare pallia collo:
 Nunc humeros nigra cingere veste decet:

Non

Non satis est, funus rapti vidisse Puelli:
 Succumbat fato, nî Pater ipse pari.
 Cæsaris (emorior) nutantia lumina magni,
 Audet sacrilega condere Parca manu.
 Succumbo fatis. Tecum condemur in uno
 Caro jam tumulo: non mihi vita placet.
 Jam referate (licet per me) referate sepulchra;
 Ut pateat cunctis, jam domus ista Diis.
 I, nunc tolle animos, & rebus fide secundis
 Austria, fatali contumulanda loco.
 Flectere tentabam. Clothoque, duâsq; sorores;
 Stamina, quæ rigidò pollice fœva trahunt.
 Nil movi, rapuere mihi mea gaudia Parcae,
 Horrida, quas genuit nox, Erebique furor.
 Nempe per hunc etiam fati vis impia regnat,
 Umbrisera, ut tristis Navita lintevehat.
 Non vehet hanc animam sceleratus vector A-
 verni:
 Hæc factis meruit sidera summa suis.
 Cæsareos nunquam credebam posse Penates
 Falce profanari tetrica Parca tua.
 Sed magnos etiam Reges mors improba carpit,
 Et tangunt summos impia fata Joves.
 Desinit hæc postquam querulo mihi murmure
 dixit;
 Singultu reliquos impediente sonos.
 Interea gemitus tota resonabat in Urbe,
 Tectaque de lachrymis immaduere suis.

Urbs

Urbs tota induitur vultum miserabilis unum:

Urbibus Odyssiis forma sit illa precor.

Mæsta domus clangore sonat, lachrymisq; pro-
fusis,

Defuncti sequitur tristia fata Dei.

Cæsareos manes anima fugiente vocabat,

Flebilis impexas turba soluta comas.

Carole! Te clamant pueri, innuptæque puellæ,

Carole! Cæsareos spesque, salusque dominus.

Tecælis demissa suum Pulcheria Patrem

Clamat, adornatas jam laniata comas.

Carole! funereo jamjam tumulande sepulchros.

Carole! præcelli gloria sola throni,

Quo cultus abierte tui deflenda Virago?

Gemma nec evinctas impedit apta comas?

Quid fles? quid teneros lachrymis corrumpis
ocellos,

Pectoraque afflita plangis eburna manus?

Nil reddit: linguam retinet dolor improbus
ægram:

Grandis enim prohibet dicere verba dolor.

Ipsæ ego, vix tenui lachrymas introrsus obortas;

Nam clausum in fido pectore vulnus erat.

Mænia non luctus, nō Divum templa negarunt;

Urbs fuerat planeta tota referta pio.

Quocunque aspiceres, misericordia cuncta que-
reliis,

Dilacerata genas pallida turba replet.

Nom

Non ego, si, centum nobis Deus ora dedisset,
 Ingeniumque capax, omnisonansque cheles.
 Persequeret lachrymas clamantes Urbis, & orbis
 Occidai, sequitur, quæs pia fata Jovis.
 Caubus horridior, sævisque ferocior ursis,
 Urbis, quem lachrymæ non tetigere, fuit.
 Sed repetamus iter. Plangat sua fata Vienna;
 Nos faciles anni pandere vela jubent.

§. XI.

*Sacra Regni Hungariæ Corona
 Fl. Pulcheria in Maria Theresia,
 summa omnium Ordinum, non
 tantum consensione, verum etiam
 incredibili voluptate, inque hæc
 tempora, non audit a pompa, Po-
 sonii in Hungaria Annò Millesimò
 septingentesimò quadragesimò pri-
 mò, Mense Junio coronatur. Bel-
 li initia in Occidente.*

POstquam complèsset fatalia stamina Clotho,
 Mansit, & è magno Cæsare triste nihil.

Fama

Fama volat, gentesque replet rumore sinistro,
 Fama per Hesperias aere vecta vias.
 Gentibus occiduis gratissima nuncia venit;
 Nam tulit Austriae tristia fata domus.
 Sidera non tantos referent terrestria plausus,
 Lilia Braccati, quos retulerent soli.
 Obstupevit (referto certissima) fata tulisse
 Tristia, pénituit Cæsar's ista sui.
 Hic quoque sperabat tristissima signa doloris;
 Austria, quæ dederat sparsa per ora comas.
 Nil minus, atratum populus spectare triumphum.
 Currit, & elatas sequana volvit aquas.
 Séque petiisse diu cælos, ne mascula proles
 Austriae unquam sufficeret Avis.
 Ut secum Rhenus famulis decurrat arenis;
 Læta, ut viðrici Lilia flore beet.
 Sequana (fama loqui cœpit) fati inscia turges,
 Altaque præpropera culmina mente petis.
 Grandia bella paras, multos victura per annos,
 Fæminea, quæ sunt contumulanda manu.
 Sic fama. Inflatim nimium, tum sequana clamat
 Arma viri buccis: arma tulere viri
 Extimuit, sensitque comas horrore rigere
 Fama; nec exiguo corda pavore micant.
 Arma viri expediunt; armis nam Regna pa-
 rantur:
 Hesperidum sumes Ausoni Diva jugum,
 Electe viam, quid fama stupes percussa pavore?
 Prævertent vestras arma parata vias.

Nulla mora est: fessis reducem secat aërea penitus,
 Advertitque tuis cælica Diva thoris.
 Hic Dea, de lacrymis vultu pallente sedebat,
 Volvebatque pia funera mente Patris.
 Patris enim luctu, nondum perfuncta gemiscit:
 Ut gemit Idalium Daulias ales Ityn.
 Constitit, & dixit: discordia bella parantur,
 Lassatura tuos per duo lustra Duces.
 Inserat Austriaeis, ut terris, Lilia Gallus;
 Dura peregrinos cogit ad arma viros.
 Excussere thoro feralia nuncia Divam,
 Membraque sunt proprio præcipitata loco.
 Territa consurgens oculos ad sidera tollit:
 Tollere de planctu brachia fessa nequissit.
 Jussa inquit: cælis Caroli subitura Penates
 Cessi, jussa dedi sub tua iura manus.
 Si non jussa forem, cælestia linquere Regna,
 Precessissent nostrum nubila nulla caput.
 Hei mihi, cur unquam cælis, bene gnara malo-
 rum
 Cessit quæ, monbris terra referta parit.
 Cur mihi plus æquò placuit terrena potestas:
 Cur trabeæ nobis præplacuere polo?
 Tu mihi jaetabas populum, gentemque poten-
 tem;
 Cynthia, quam famulis perfida fugit equis.
 Adde fidem dictis: his est permota voluntas,
 Sumeret, ut viduisceptra sepulta throni.

Vota

Vota facit cælum. Vires, animosque viriles

Sumito: non hostis noster inultus erit.

Dum ferrem, flammæque aderunt, gentesque
ministræ;

Hostes ulcisci, mente, animosque feror.

Quem, si non vincam: satiœ est oblitere, tantis
Principibus, quorum fulmina terra tremit,

Imperii jam non terras Almudarus urit;

Hic pœnas cæsus jam dedit ante mihi.

Jam nec Achæmenius nostros populabitur a-
gross;

Subdidit invictas in mea vincula manus,

Obsita tela Hunnus longa rubigine sumet;

Spargat, ut asveta vulnera fæva manus.

Dacia, Tique olim multis redimita triumphis
Nomina; funereis eruta mille locis.

Agmina Pannonicæ conjunges dura phalangi,

Agmina non turpi terga datura fugæ.

Spectatum Hungariæ lumen Bottyanius Heros,

Accipiet Dacæ fulmina summa Deæ.

Curribus ignipedes famuli, præjungite nostris,

Aptaque cursores cingula stringat equos.

Hunnica terra mihi cursu repetenda videtur;

Auxilio rebus, terra futura meis.

Fama vola; gentisque Duces, Proceresque salu-
ta;

Te sequar, imparibus (quæ licet ire) viis.

Perfer, & ad Dacos, justam quam mitto salutem

Agnoscent Dominæ jura sacrata suæ.

Imperium accipiunt curvato poplite cuncti :
 Austriaci frænis impediuntur equi.
 Fama per Hungaricum felicibus æra pennis
 Ufa; refert Ducibus Pannoni Diva tuis.
 Venit, & ad Dacos, missam dictura salutem ;
 Fama, ter optatis æthere vesta viis.
 Omnes ingenti celebrant nova nuncia plausu ,
 Gentis enim fidæ pectus habebat amor.
 Conveniunt Pröceres, clarissima lumina Regni,
 Et toto populi fluctuat unda foro.
 Interea advertit claram Pisonis ad Urhem,
 Austriadum claris concomitata viris.
 Tum Mars Hunnorum (Patriæ cuī nomina Pa-
 tris ,
 Virtuti patriæ, gloria juncta dedit)
 Obvius incedit cui cumdatus agmine denso :
 Ah regat Hungaricos Marspiter ille Deos !
 Ut proprius ventum est : Divam de more salutas
 Et (dixit) celeres Hunne reverte pedes,
 I, præcede Deam; comitabitur Austria currus ;
 Auratumque feris subditο calcar equis.
 Nulla mora est , Hunnus spumancia fræna re-
 torquet,
 Quem sequitur gemmeis Diva cupita rotis.
 Tum resonant turres, & latè mænia fervent
 Plausibus optatis, totaque castra fremunt.
 Miscentur sonitus, lituique, tubæque recurvi ,
 Testes læticiae cornua læta sonant,

Sensa dabant plausus volitantia signa per auras.
 Cùm rutilas gemmis explicuere comas.
Aeria congaudent priscis conspersa tabellis,
 Quæque Caristæo marmore teæa rubent.
 Et pariter Patres, pariter cum Matre puelli,
 Virgineus quarum pingit, & ora rubor.
Templaque tota suos vultu testantur amores;
 Quique tenet terris jura suprema Dii.
Plebs pia, cùmque pia lætatur plebe Senatus,
 Inque domo plausus angulus omnis habet.
Pannoni Nympha foræ venienti pande sorori;
 Nam subit Hungaricos hospita Diva lares.
Aeria panduntur, procedit pompa Deorum,
 In delubra suam ducat ut alma Deam.
Excipiunt fessam populo plaudente peri Urbem,
 Ducitus in superi templa sacrata Jovis.
Hic Dea per Procerum primum de more roga-
 ta est,
 An Patrias leges, jusque tenere velit.
Quid dubitas Procerum doctissime i jura tene-
 bit,
 Quæ Reges Hunnis ritè dedere suis.
Annuit: illa tuis subscribere legibus ardet,
 Illis nec posset Diva negare fidem.
Hanc Reges quondam legem jussere verendi;
 Legibus his Regnam constitutæ Patres.
Hannica Nobilitas seros mansura Nepotes
 Legibus his stabit: nî premat ira Dei.

C

Nee

Nec premet; irati prævertet Numinis arma,
 Quam voluit Dominæ Pannon habere ioco.
 Hanc Stephanus coluit, Sancti coluere Parentes,
 Huic nostræ Matres dona tulere Deæ.

Huic laudes pueri teneræ cecinere puellæ;

Nec poterat Dominæ laude carere domus,
 Degeneres Hunnos, dextram, si sacra Corolla
 Non gravet, aut capulū, pondera sancta, crux-
 ces.

Sed cæptum repetamus iter: Pulcheria nostra
 Huaniadum genti, spemque, fidemque facit.

Jamque puellares ornat diadema capillos,

Sceptraque Pannoniæ gestat amica manus.
 Hæc ubi solemni ritu, Procerésque, Diique
 Perficiunt: Prussi personuere tubæ.

Tunc illa: ad Proceres clarissima lumina Re-
 gni

Hachrymans cœpit, sic prior ore loqui.
 Este salutati Proceres fortissima gentis

Nomina belligeræ, Marte parente fata.

Claraque Mavortis, generosaque pignora cœ-
 li,

Pignora cœlesti semine nata Dei.

Magna (etenim recolo) quondam ptaeconia ve-
 stræ

Numina virtuti sancta dedere Jovis.

Nomina (crediderim) justè laudata fuisse:

Splendida sed rebus verba probate suis.

Hun-

Hunniaci Martes , nocituraque tela parentur,
 Atque recusantes fræna , domentur equi.
 Aratas acies, educite fulmina belli,
 Ut lassent Gallos Hunnica tela viros.
 Vos estis sævis agitati semper in armis ,
 Et , quæ vipereo tela crux madent.
 Per vos Occiduous(Ipero) pacabitur Orbis :
 Huic genti ferrum, remque, decusq; dabunt.
 Ense tuo stratos, sonipes calcabat acervos,
 Dum peteres sæva barbara castra manu.
 Nunc, quia nominibus Pannon lætaris Avorū;
 Et magni celebrant nomina vestra Dii.
 Auspiciis, animisque meis vos arma movete ,
 Vincetisque animis, auspiciisque meis.
 Hespera terra viros, curætis de sedibus urget :
 Undique Mavortis Me premit ira Dei.
 Arte sagax, & Marte potens, jam Gallia Rheni
 Calcat vicitrixi littora curva gradu.
 Scilicet opprimitur si, quem non respicit æquus,
 Jupiter, ut toto tempore satia premat.
 Dent mihi Amazonias vires pia Numinæ cæli :
 Educam Hungaricos in pia bella Deos.
 Ite Duces Hunni; vis durat abenea pectus,
 Prima pharetratis palma petatur equis.
 Hunne salus Regis, Regnique, accingere fer-
 ro ;
 Militiae referes præmia digna tuæ.
 Æmula signa seres turrita per oppida circum :
 Addito vicitrice in fera bella manus.

Gloria (n̄ dūbito) tangit præcordia Martis ;
 Hæc est Heroi sanguinis una nota.

Hostibus edomitis Braecatōque agmine fuso ,
 Antiquum repetes Palladis arte decus.
 His precibus lachrymas subdit : vītricibus ar-
 mis

Sæpè opportunis Hunica corda movet,
 Excusere viris lachrymas rorantia tela ,
 Armâruntque Hunnos tam pia tela Ducea.
 Scilicet est virtus lachrymis, omnique sagitta,
 Fortia lethali corda ferire solent.



§. XII.

*Fl. Pulcheria, in Maria Theresia
 bella gerit, adversus Reges po-
 tentissimos, auxiliis Hungaro-
 rum: qui incredibili fide, & con-
 stantia repellendo, & què, ac infe-
 rendo vulnera egregiam navaturi
 sunt operam; vitæ ipsius prodigi,
 facultatumque omnium, pro in-
 columitate Provinciarum, quibus
 præest Augustissima.*

PET.

Perstrepuere tubæ ; triplex circumtonat et
mis

Mavors ; Hungaricum jungito quartus erit,
Nempe sui obliti , sumptâ truculentis hastâ ,
Millenas spargent in latus omne aedes.

Undique jam surgunt matura pericula terris ;
Heu repetet tellus subrata , triste chaos !

Inter equos , interque tubas sua Marspiter ar-
ma

Induit, & frontem cassis ahena tegit.

Inchoat Occiduas bellos accendere terras ,
Et dare Braccatis undique signa sagis.

Jamque per Hesperios hostilis buccina campos
Insonuit tremulo buccina rauca sono.

Conjurata ruunt in nostras Lilia cædes :

Et jam sanguineas Rhenus adurget aquas.

Crinibus impexis , etiam Silevia currit ,
Rebus , ut afflictis solicitaret opem .

Quo ruitis Martes ? tantis , quæ Regna peten-
tur

Armisti aut cervix , quæ cadet icta sago ?

Foritan Hunniadas premet hæc Mavortis are-
na ?

Aut rapient Dominam Pannoni Nympha
tuam ?

Sic est : incumbet ferrum cervicibus Hunnis ,
Pannonicosque petent Hespera tela Duces .

Sed , Mars Hunnorum non solus (sidera testor)
Ibit per stygias incomitatus aquas .

Et sedet hoc animo, famulam præmittere turbam:

In viatis ritus Patribus iste fuit.

Hunni securus ridebit funera nusquam

Hostis, nec cervix Hunnica sola cadet.

Prusso etiam pingent (si me non ludit Apollo)

Hunniadum clari tela crux Duces.

Hi redimunt pacem ferro, flamnisque cupitam;

Prussica (fallatur) paxque, fidésque cadet.

Rupta dabit cladem (superiorum omen vertire fædum)

Rupta sed Authorem, paxque, fidésque premet.

Ite Duces Hunni; superato flumine Rheni

Lilia jam spargunt, plumbea fata virum.

Conglomerant gressus, spargunt incendia latè,

Adversus sumum ventus in ora tulit.

Agricolæ impositi radiant cervicibus enses;

Compatere afflitis Hunnica terra viris.

Spes bona, spes ingens, it Martia turba virorum:

Hi ferro reprimunt, Hespera tela Ducum.

Finibus egreditur miles generofus ab Hunnis,

E quibus Dux fieri quilibet aptus erit.

Hunnica discretis, Germanica robora turmis

Incedunt, Ducibus robora firma suis.

Mens eadem cunctis, animi jam vulnera ponunt;

Nempe simultatis deposuere nefas.

Officioque pari certant defendere terras,

Munere, quas Superum missa Virago tenet.

Ite Duces, carpenda via est, carpendus, & hostis,

Ignescant spuma aurea fræna Ducum.

Jam celeri passu Rheni terigere bicornis

Littora (sanguineis ille fluebat aquis)

Castra loco posuere Duces: hostile per agmen

Urget gressuros buccina rauca sono.

Explicuere Aquilas, districtis ensibus ardet

Altera miles, vulnera ferre manu.

Jam, jam procedit, lituis, resonantibus agmen,

Et sonitu tellus quadrupedante tremit.

Concurrunt aries, bello jurata juventus,

Horrida Pannonicas torquet ad arma manus.

Mars ades Hunniacis, vestro de sanguine cretis,

Stetque tuus causa pro meliore favor.

A te principium nostri duxere Parentes,

His dederas gladium Mars piter ipse tuum.

Ante alias Hunni, Martem coluere priores;

Hoc dederat studiis bellica turba suis.

Mars Hanno venerandus erat, quia sanguinis auctor,

Et gentis claræ dicitur esse Pater.

Hinc, tua per Patris mitissima viscera, pérque

Arma precor, gentis sint rata vota tuæ.

Tu-

Tuque (precor) munus Divum Pulcheria votis,

Pertrahe flectendos in tua vota Deos.

Tu quondam precibus claros ex hoste triumphos

Egisti ; Danais, cum pia jura dares.

Si pietas absit, totus miscetur orbis,

Et cadet Hungarici gloria summa throni.

Sed meliora Dii. Vincent pietate cohortes :

Fæmineæque dabit Gallia terga fugæ.

Flecte Jove in : fervent acies, jam prælia miscet

Armatâ miles sauciis ense, manu.

Hostibus oblistet. Pietate repellitur hostis :

Tu Patrios tantum Diva precare Deos.

Musa fatigati, da prælia militis Hunni,

Pierides ceptis addite summa meis.

Venimus in portum, reddit mihi turba forceum :

Signatusque tui muneris instat apex.

Ut metam fessum carmen contingat amicam,

Naviget hinc aliis iam tibi linter aquis.

Flecte ratem : navis continget littora pacis,

Quam reddit terris cœlica Diva prece.

§. XIII.

Fl. Pulcheria in Maria Therese pacem Provinciis, ac Occidentis Imperio avita pietate reddit : cui Perpetua Felicitas.

Exactis novies, Iustraverat orbibus Ortum
Titan ; queis Martis perstrepuere tubæ.
Tandem deduxit Pulcheria pacis ad aram
Gentes, queis dederat perdiata tela furor.
Bella diu tenuere viros ; jam sanguine campi
Luxuriant : stratis ossibus albet humus.
Maxima pars hominum stygias properavit ad
undas,

Pars jaceat in campis ferrisepulta virsimo.
Tela reponantur, condat sua fulmina miles,
Austriaca effuso terra cruento vacet.
Emeritum miles suspendat ab arbore ferrum ;
Det requiem fesso pax diuturna Duci.
Discordes coeant opata in foedera gentes ;
Exiguo liceat tempore pace frui.
Pax bello quæsita est, pax pietate reducta :
Hanc Dominæ precibus Pannoni Nymphæ
refer.

Front.

Frondibus optatis cultos redimita capillos
 Pax ades; & nostro semper in orbe mane.
 Gratia Diis domuique tuæ Pulcheria semper,
 Martia sub cuius jam pede bella jacent.
 Utque domus, quæ præstat eam cum pace
 rennet,
 Ipse juvabo mea publica vota prece.
 Tardiùs ex opto cælestia sidera tangas,
 Hunniadásque diu Pallas amica rege.
 Et tua suæcessus habeat fortuna perennes,
 Manat, ut è liquido fonte, perennis aqua.
 Annuite Hunnorum sanctissima Numinæ votis,
 Qnæ sunt sincera candidiora nive.

O. A. M. D. G.



NO-

comes Antonius Lázár de
Szár-Hegy, è Sem. S. Jof. Con,

*SPECTABILES, PERILLU-
STRES, PRÆNOBILES,
NOBILES.*

DAVID MARIAFFI de Maxa è Sem.
S. Jof. Conv.

PAULUS MACSKÁSI de Tinkova.

JOSEPHUS RÁPOLTI è Sem. S. Jo-
sephi.

Jo-

Frondibus optatis cultos redimita capillos
 Pax ades; & nostro semper in orbe mane.
 Gratia Diis domuique tuæ Pulcheria semper,
 Martia sub cuius jam pede bella jacent.
 Utque domus, quæ præstat eam cum pace
 rennet,
 Ipse juvabo mea publica vota prece.
 Tardiùs exopto cælestia sidera tangas,
 Hunniadásque diu Pallas amica rege.
LEOPOLDUS I. pat fortuna perennes,

ANTONIUS IZIKUTZ.

GABRIEL LÉB è Conv. Nobil.

JOSEPHUS DOBOS è Sem. S. Josephi.



T

8162



77-924

92.05

P.C.N.

Biblioteca
ASTRA, Sibiu